



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

De Lamentationibvs Jeremiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

VIII. Alio præterea argumento fidem Libri hujus ac auctoritatem convellere co- *Terrium ar-*
 natur Theologo Politicus Tractator. Scriptit Jeremias tricelimo quarto capite : *Aud gumentum,*
verbum Domini, Sedecia, rex Iuda : Hoc dicit Dominus ad te : Non morieris in gladio, sed Jer. 34, 5,
in pace morieris. Hoc ei minime convenire ait ille libertatis Philosophicae patronus,
 cujus oculi effossi sunt, postquam filiorum cædem spectavit. Quid ita vero ? an cœ-
 corum omnium violenta mors est ? at notaſter duo hac invicem opponere Prophe-
 tam, *mori in gladio, & mori in pace :* violentam nempe & maturatam mortem, tran-
 quillæ, spontanæ, & naturali, quæ cœcis perinde ut oculatis contingit. Hanc op-
 petit mortem Sedecias, cum prius lethi genus filii ejus subiissent. At qui se Philolo-
 phum, Theologum, & Politicum duntaxat fuerat professus, hic etiam Criticum agit,
 & in clauſula ſupra deponita e Jeremiæ vicesimo ſecundo capite, pro Jechonie no-
 mine Sedecias nomen ſubſiendū cenſet; hoc vero capitū tricelimi quarti loco, pro
 Sedecia nomine Jechonie nomen ſupponit. Quam reſte, videamus. Capite vice-
 ſimo ſecundo verba ſupra recitata proxime hæc precedunt : *Vivo ego, dicit Dominus, Jer. 21, 12;*
qua si fuerit Jechonias, filius Joakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde eleva-
lam eum. Deinde : Et mittam te & matrem tuam, que gennit te, in terram alienam, in qua Jer. 21, 16;
nati non eſti, ibique moriemini. Quæ Jechonie plane convenire iſta indicant e quarto
 Regum : *Transiuit quoque Joachim in Babylonem, & matrem Regis, & uxores Regis, & 4. Reg. 14, 15;*
enuchos ejus. Sedecia vero matrem illuc fuſile abduſtam nufpiam legitur. Nihilo ma-
 gis altera pericope, e tricelimo quarto capite, Jechonias aptari potest; nam cum to-
 tum caput pertinet ad Sedeciam, tum iſta maxime : *Hoc dicit Dominus Deus Iſraël : Jer. 34, 1, 32*
Vade & loquere ad Sedeciam, regem Iuda, & dices ad eum : Hoc dicit Dominus : Ecce ego
tradam civitatem hanc in manus Regis Babylonis, & succedet eam igni. Atquæ à Nabu-
 chodonofore concremata eft Hierosolyma, poſtquam urgente fame Sedecias Urbem
 arrepta fuga deferuit; minime vero, cum eam Jechonias Nabuchodonofori tradidit.
 Subiungit Jeremias : *Et tu non effugies de manu ejus, sed comprehensione capieris, & in*
manu ejus traderis, & oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt. Quippe e fuga retractus
 eft Sedecias, & in vincula coniectus, & poſt viſum poſtremo Babylonum Regem
 luminibus oculorum eft orbatus. At neque effugere conatus eft Jechonias, cum in
 Nabuchodonoforis potestatam ultro venerit, & in libera custodia ſervatus fit. Tan-
 tunne in eſſe potest temeritatis cuiquam aut impietatis, ut obtuso adeo ac plumbeo
 ingenio, & feverioribus disciplinis tam leviter tinteo, ſacrorum Voluminum majesta-
 tem violare, & in veneranda vetuſtatis ſcriptiones ita graffari audeat.

DE LAMENTATIONIBUS JEREMIAE.

I. Disputatur de Auctore Lamentationum, que Jeremias nomen praefixum
 gerunt. Jeremias ipſi adſcribuntur. II. Disputatur utrum idem fit hic Liber,
 qui à Joakimo rege crematus eſt. III. Disputatur de Auctore exiguae Prafa-
 tionis Threnis praefixa. Septuaginta Interpretibus adſcribi potest. IV. Proba-
 tur Lamentationum Jeremias ymagines & antiquitas. V. Refelluntur argumen-
 ta Adversariorum. Unicum argumentum.

I. **S**EQUUNTUR Lamentationes Jeremiæ, metro scriptæ, & in quatuor capi- *Disputatur*
 de Auctore
Lamentatio-
rum retineant, excepto tertio capite, quod singulis literis ter iteratis eodem ordine
num. que
ſervato ternos verbi inchoat. Factum id memoria juvanda cauſa, ne quid in iis
modulandis cantores turbarentur. Hieronymus in Epiftola ad Lætam : Ordinem tencat
literatum, ut memoria nominum in canticum tranſeat. Harum argumentum poſtremo va-
 ticiñiorum Jeremias capite continetur : quod ab Eſdra illuc e libris Regum transla-
 tum eft, ut ſequentium Threnorum cauſam aperiret. Cum autem unicum librum
 cum vaticiniis Threni efficerent, iſſque continuata ſerie cohærerent, facile evenit, ut
 quod pertinebat ad Threnos, antecedentibus vaticiniis ſit adjunctum. Illic autem dum
 miſerabile patria ſua excidium luget Propheta, suas quoque capite tertio calamita-
 tes *annæ regnæ* deplorat, qua re operis auctorem ſeſe luculententer prodit, cum ſe à
 populo deriſum, contumelias affectum, maledictis proſcissum, à ſuis deinde inimicis
 in carcerem coniectum, & in lacum demerſum conqueritur, ſeque tandem Dei be-
 Dd ij

PROPOSITIO IV.

214

neficio inde edactum, & libertati redditum, & inimicos suos facinorum pecuniam tulisse ait; que ipsius vaticiniorum Libro accurate consentiunt.

Disputatur utrum idem sit hic Liber, qui à Joakimo Rege creatus est.

Jer. 36. 29.

Jer. 36. 28.

Jer. 36. 32.

Disputatur de Autore exigna Praefationis Threnis praefixa. Septuaginta Interpretibus adscribi possit.

Probatur Lamentatorium Jeremiae & antiquitas.

Zach. 1. 6.

Jer. 2. 17.

2. Par. 35. 24,

25.

Hier. Proem. in Lament.

Thren. 4. 20.


II. Ebrais nonnullis, ac præcipue R. Salomoni persuasum fuit, hunc ipsum esse Librum, quem Joakimus rex, postquam à Barucho iussu Jeremiæ coram populo recitatus est, cum sibi prælegeretur, scalpello confidit, & in ignem projectit, quemadmodum narratur tricesimo sexto Jeremiæ capite; quemque Baruchus Jeremia dictante rescripsit, gravibus comminationibus auctum, nisi nempe qua habentur quarto Threnorum capite, cum prius volumen tribus duntaxat primis capitibus constaret. His ne astentiar, dñe me causa absterrent; prior, quod tricesimo sexto capite Jeremiianarum predictionum legatur: *Et ad Joakim regem Iudea dices: Haec dicit Dominus: Tu combusisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians: Festinus veniet Rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cæsse faciet ex illa hominem & jumentum?* Certum est itaque in priore illo volume concremato postrema haec verba extitisse. Quæcumque autem illic scripta erant, in alterum volumen Dei mandato relata sunt. *Rursum,* inquit, *tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combusisti Joakim rex Iudea.* Atqui vaticinium istud, Babylonii Regis adventum prænuntians, in Threnis minime reperitur. Præterea haec est ingruentia mali denuntiatio, Threni vero sunt illatae jam clavis deploratio, ut ostendit Praefatio Libro prefixa. Altera causa oritur ex hoc commate ejusdem capituli: *Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch, filio Nerie, Scribe, qui scripsit in eo ex ore Ieremias omnes sermones Libri, quem combusserat Joakim rex Iudea igni: & insuper additi sunt sermones multo plures quam antea fuerant.* Cum ergo tria prima capita totum efficerent priorem Librum, uti Ebrai volunt, longe ampliorem capitulum numerum secundum volumen continebat, cum unico tantum capite auctor sit Threnorum liber.

III. Exiguam illam, & vix unius versiculi Praefationem, quæ Libri hujus argumentum complectitur, & in Editione vulgata extat, Septuaginta quoque Senum interpretatione repræsentat; sed nec in Ebraico exemplari, neque in Chaldaica Ionathani Paraphrahi, nec in Syriaca interpretatione habetur, neque in Hieronymo, qui Ebraica sc̄tatur est. Hanc ab eo tempore Libro adtextam arbitror, ex quo caput postremum vaticiniorum Jeremiæ, quod ab Esdra argumenti loco fuerat Threnorum præfixum, ut docuimus, à libraria inde sejunctum, & ad præcedentis libri calcem fuit adnexum. Nam cum argumento jam inde careret Threnorum liber, præmittendum istud viri eruditii arbitrari sunt. Septuaginta ipsos Interpretes facti auctores credunt plerique, neque nos dissentimus. Id enim vel in vetustissimis eorum editionibus reperitur, & Arabica quoque, aliæque præferunt Interpretationes, ad Græcam illam exp̄ressæ.

IV. Ceterum quoniam cohæabant Jeremiæ Prædictiones & Threni, ut dixi, & in unum volumen compacta erant, hic quoque valere debent argumenta plurima ex iis, quibus illarum vetustatem probavimus. Idem ostendit & cognatio stili, quam statim subodorantur ii, quibus largitus est Deus *jura regnū.* Ostendunt & locutiones similes in utroque opere & germanæ, quas supra adnotavimus. Ostendit & parva illa Praefatio, quam ab ipsis Septuaginta Senibus videtur præfixam docui. Ostendit & hac Zachariæ: *Vermittamen verba mea & legitima mea, que mandavi servis meis prophetis, numquid non comprehendenterunt patres vestros, & conversi sunt, & dixerunt: Sicut cogitavit Dominus exercitum facere nobis secundum adiunctiones nostras, fecit nobis?* quæ derivata sunt ex ipsis Threnorum Jeremias: *fecit Dominus que cogitavit, complevit sermonem suum, quem præcepérat à diebus antiquis, destruxit, & non pepercit, & latificavit super te inimicum, & exaltavit cornu hostium tuorum.* Minime vero facit hic iste locus à secundo Paralipomenon: *Universus Iuda & Ierusalem luxerunt Iosiam, Ieremias maximus, cuius omnes cantores atque cantatrices usque in presentem diem Lamentationes super Iosiam replicant; & quasi lex obtinuit in Israhel, Ecce scriptum fertur in Lamentationibus.* Joseph. Antiq. libr. 10. cap. 6. Quamvis enim de iis quæ superfluit Lamentationibus hæc videatur scripsiſſe Josephus libro Antiquitatibus decimo: *ἰσραήλ δέ τε περιπότες ἀνθεύοντο ιωσίας συνάταξεν μέδος ἐπιληψίαν, δέ τοις μέρεσιν τοῦ περιπότεον. Ieremias autem propheta in Iosiae funere lugubre Carmen composuit, quod superest ad hanc diem:* & allata Paralipomenon verba ad eas quæ habemus Lamentationes reuterunt Hieronymus, cum dixit: *Quod enim Lamentationes predicit, non solum super urbis Hierusalem vastatione, & Iudaici populi captivitate, sed etiam super Iosiae Regis occasu conscriptæ sint, liber Ferborum dierum demonstrat: & quamvis arbitrati sint Ebrai quidam, in hisque R. Selomoh, lessum in Josiae funere à Jeremias cantatum, quarto Threnorum capite contineri, atque id maxime demonstrari hoc versu: Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris; cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus: (quippe & is captus dici potest, qui est interfectus,*

Sic Valerius Flaccus dixit de Amazone, quam sagitta Hercules occiderat : *Herculea* Val. Flacc.
mox vulnera prensa sagitta.) nos tamen, contra horum omnium auctoritatem, Librum in- libr. 3.
 tercidisse judicamus. Nam & postremo hoc capite, & reliquis etiam, Urbis ac re-
 gionis vastationem, & communem patriæ interitum manifeste luget, quæ in Josiae fu-
 nere minime contigerunt. Vel hoc qui affertur versu, etiam si demus captum dici pos-
 se qui occisus est, fatendum tamen est aptius id congruere in Sedeciam, qui captus
 est, non occisus, & cuius captivitatem direptio Urbis consecuta est; quam in Josiam,
 qui occisus, non captus est. Huc addé statim post cædem Josiae næniam à Jeremia
 super eo casu scriptam videri, cum post captum Sedeciam, & excisam Urbem, eas
 scripsit Lamentationes, quæ ad hoc tempus pervenerunt.

V. At venire in dubium potest postremum Threnorum caput, quod Oratio Je- Refelluntur
 remia vulgo appellatur; nam neque Lamentatio est, & à Theodoreto, qui Librum argumenta
 explanandum suscepit, caput istud est prætermissum. Verum et si caput ipsum La- A dverfa-
 mentatio non est, Lamentationum tamén clausula est, qua post deploratas misérias
suis Deum orat Propheta, ut condonatis demum popularium suorum noxis gentem
 suam restituat in integrum, & pristinis sedibus reponat. Nam quod ad Theodore- gumentum.
 tum spectat, itane tandem ex Interpretum diligentia aut arbitrio pendebit sacrorum
 Voluminum *γνωστός* & auctoritatem? Jam ergo incerta erit viginti posteriorum Jeremiæ
 capitum fides, quia priora tantum triginta duo, reliquis omisssis Hieronymus exposuit.
 Jam ergo nutabit & fides totius Lamentationum operis, quod in Aquilæ & Theo-
 dotonis Interpretationibus omnino non habebatur. Temere sane à reliquo Threno-
 rum opere partem hanc segregare tentaveris, quam & Ebraicum exemplar, & Se-
 ptuaginta Senum interpretatio, & Chaldaica, & Syriaca, & Arabica, & Hierony-
 mus quoque ab eo non sejungunt.



DE PROPHETIA BARUCH.

- I. Disputatur de Auctore Prophetie, que Baruchi nomen prefixum gerit.
 Baruchus ipsi adscribitur. II. Disputatur de Auctore Syriaca Baruchi Epistole.
 Scripta esse conjicitur à Christiano aliquo, Syrie monacho. III. Probatur Pro-
 phetia Baruchi *γνωστός* & antiquitas. IV. Refelluntur argumenta Adversa-
 riorum. Primum argumentum. V. Secundum argumentum. VI. Tertium ar-
 gumentum. VII. Quartum argumentum.

I. AUCTORIS nomen præ se fert ipse Liber : *Et haec verba Libri, que scri- Disputatur
 pisti Baruch, filius Nerie.* Notat & tempus : *In anno quinto, in septimo die de Auctore*
mensis, in tempore quo ceperunt Chaldei Ierusalem, & succenderunt eam igni : hoc est, *Prophetia,*
quincunque annis post cladem Hierosolymitanam ; nec enim alio referri potest id quin- que Baruchi
quenam ; non ad Sedeciam, qui undecim jam annos regnaverat, cum excisa sunt *nomen prefi-
 xum gerit.* Hierosolyma ; non ad Nabuchodonosorem, qui imperium obtinuerat, etiam ante Baruchus ipsi
quam Judæorum regnum Sedecias capessivislet. Tum etiam significat exordium Libri, *adscribitur.* Bat. 1, 2, 3, 4.
quorum causa sit jucubratus : Et legit Baruch verba Libri hujus ad aures Iechonie, filii
*Joakim, regis Iuda : notat & locum : Et ad aures populi, à minimo usque ad maximum eo-
 rum omnium habitantium in Babyloniam, ad flumen Sodi.* Ex his ergo & sequentibus patet Baruchum librum hunc prælegisse Iechoniam regi, reliisque Judeis, qui in Babylo-
 nia captivi detinebantur ; ab iisque ad Joakimum, Helcia filium, Sacerdotem, cæte-
 rosque à Nabuchodonosore in patria relictos missum fuisse. Tunc autem ab his capi-
 tis primi verbis duxisse videtur initium : *Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confu- Bat. 1, 35.*
fio facie nostræ. Superiora vero à Barucho ipso præfixa subinde fuisse crediderim. Hic ipse porro Baruchus est, Jeremiæ discipulus & amanuensis, quem Josephus nobis Joseph libr. 10.
lissima ortum familia, & patria lingua præclare eruditum fuisse ait : quem tamen va- cap. 11.
*ticipandi facultatem à Deo minime consequi potuisse colligit Maimonides ex Jere- R. Mo. ben.
 miæ capite quadragesimo quinto, variasque repulsæ hujus causas comminificatur ; Maim. More
 quarum vanitatem, præter falsam Baruchi Epistolam, quæ inter Syros celebratur, cap. 32.
 vel unus ille quem habemus Baruchi liber abunde refellit ; qui à pro Jeremianis pra- Bar. Epist. Syr.
 ceptionibus instituto, assidueque ejus comite, convictore, ac librario scriptus, haud cap. 1.
 fecus quam Jeremiæ vaticinium censi debet : uti re ipsa habitus est a multis, qui
 ejus testimonii sub Jeremiæ nomine usi sunt. Porro hunc, itidem ut Jeremiam, Hier. libr. 7, 15.
 Hieronymo teste, tradunt Ebrei, priusquam Nabuchodonosor Ægyptum caperet, imminentem Iba. cap. 30.
 captivitatem morte vitesse ; cum alii tamen ex eodem Judæorum grege ipsum affirmant*